

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej, sygn. 4405, k. 91

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 14

[14] De iure feminarum si partes puerorum eradicati fuerint.

Si aliquis ducit uxorem et si vir de hac luce disced[i]t, uxor nichil habet in suis bonis, nisi sibi dederit pro dotalicio aut vite provisione pro sua [/] vita in iudicio banito. Nulla mulier potest vite provisionem, nec dotalicium hereditarie observare. Et cum de hac luce decedit, ad heredes revertitur sui mariti. Quod si maritus mulieri nichil in suis bonis dederit, in possessione bonorum sui mariti permanere debet, et pueri sibi necessaria ministrabunt, eousque in viduitate et sine marito permanere voluerit. Item si vir oves habuerit, quas mulier recipit ad suppellectile. Et si vellent mulieri dotalitium infringere, servare potest testimonio virorum ac mulierum metseptima, qui tunc presentes fuerunt. Item si vir pueros habuerit, aut mulier, quicumque ex his hereditati fuerint, si moritur vir, hii pueri, qui in hereditate patris sunt, recipiunt bona et non hii, qui exhereditati fuerint, sed hereditatem vendere non possunt absque coheredum consensu. Item hii pueri, qui in potestate patris mortis tempore fuerunt, si ex his unus moritur, istius partem equaliter inter se dividunt, tam exhereditati, quam domestici.

<a- vite provisionem aut dotalicium nulla mulier hereditarie observare potest, sed cum moritur ad heredes revertitur sui mariti -a>

^{a- -a} na dolnym marginesie ręką komentatora

[hasła: żona, mąż, wdowa, wiano, sąd wyłożony, uposażenie, spadkobranie, gerada, dziecko, współprzysiężnik, samosiódm, wydzielony, dziedzictwo, spadek]